

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Antichristus c
cum uariis

Mille anni duobus modis possunt quantum michi occurrit intelligi. Aut quia in ultimis annis mille res agitur, id est in sexto annorum miliario tanquam sexto die cuius nunc spacia posteriora uoluuntur. Secuturo deinde sabbato quod non habet uesperam, scilicet requie sanctorum que non habet finem, ut huius miliarii tanquam diei nouissimam partem que remanebat usque ad terminum seculi, mille annos appellauerit, aut certe mille annis pro annis omnibus huius seculi posuit ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Millenarius quippe numerus denarii numeri quadratum solidum reddit, scilicet decies decem decies.

Augustinus ibidem capitulo VII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

anni] annis M; modis *om.* B C (*cor. supra lin.*) B; requie] requies P V¹ V² L¹ L²; habet finem] finem habet C; miliarii] miliari B C M (*cor. ad miliarii supra lin.*) M; remanebat] remanebit P V¹ V² L¹ L²; annis] annos P V¹ V² L¹ L²; huius seculi] seculi huius P V¹ V² L¹ L²; numerus] millenari *add. (del. intra)* B; decies *om.* P V¹ V² L¹ L²